



1710.

1. Eisenhart, Christian Salomon: De pactis inter reges
victores et captivos.

2. Homborgius, Anders: De referendi modo

3. Homborgius, Anders: De jure consensandi. Gern.

Koppel-Fagten 35 ungt. 1710 : 1751.

4. Homborgius, Anders: Thesium miscellaneorum Decas.

1711.

1. Engelbrecht, Johann Wilh.: Oratio de jurisprudentiae
vestro ambitu et nomine jurisconsulti, cum jure
doctorem renunciaret, habita.

2. Engelbrecht, Johann Wilhelm: De consensu tacito.

3^{at} Engelbrecht, Joh. Wilhelm: De legitima, per quam
separantur liberi. 25 ungt. 1711 : 1751.

4^{at} Engelbrecht, J. Wilh.: De jure peregrinantium

5. Engelbrecht, Johann Wilhelm : De jure stipulae
6. Schmidius, L. And. : Notitia ordinis Astoricensis
ex L. Bernhardi parentia maxime illustris.
7. Waltherus, Frith. Henr. : De praecambulis privatorum
tractatibus eorumque jure.
8. Waltherus, Frith. Henr. : Conclusiones juridicae
theorico-practicae.

1712.

1. Engelbrechtus, Georgius : Programma lectioni cursoriae
... Carol. tibi Trauer a Spreckelsen. -- habenda pro
missionem.
2. Engelbrecht, Georg. : De usu forensi articulo-
positionalium eorumque abusa praescindendo.
3. Hornius, Casp. Henricus : De interusu.
4. Kressing, Johannes Paulus : De religione judicantium
Tyrianae.

5. Leyserus, Augustinus: Oratio, qua (commotum se
juriconsulti . . . munus auspicator et) errorem
Germanorum ceteras academias patriis praeferen-
tiam repellit.

6. Leyserus, Augustinus: . . . generosos . . . academiae
cives ad lectiones suas . . . invitat et simul v'o
veritatem et justitiam facti, quo Carolus V. Philipp-
pum, Hassiae Landgraviam, ambigua voce elusit
inquit.

5. Luchterhand, Hans. 1899. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
6. Luchterhand, Hans. 1900. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
7. Luchterhand, Hans. 1901. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
8. Luchterhand, Hans. 1902. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
9. Luchterhand, Hans. 1903. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
10. Luchterhand, Hans. 1904. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
11. Luchterhand, Hans. 1905. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
12. Luchterhand, Hans. 1906. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
13. Luchterhand, Hans. 1907. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
14. Luchterhand, Hans. 1908. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.
15. Luchterhand, Hans. 1909. Die deutsche
Literatur des 19. Jahrhunderts. 2. Aufl.

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA CRIMINALIS
DE

REMISSIONI.
BUS REORUM AD LO-
CUM DELICTI,

Quam
Magnifici & Nobilissimi, in per-
antiqua ad Geram Academia, J^Ctorum
ordinis indultu,

PRÆSES

M. GOSWINUS *Gusemann* /
Susatensis Guesph. hujatis Colleg.

Portæ Coeli Decanus,

ET RESPONDENS

GEORGIUS HENNINGUS *Silberschlag* /
Erfurt.

In Auditorio dicti Collegii superiori
Ad d. 29. Maij, horis ab 8. matutinis,
placida jurisperitorum discussioni
exhibens.

ERFURTI,
PRELO KÜCHENIANO,
1661.

REMISSION

THE RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

RECORDS OF THE

PRÆLOQUIUM.

Summaria:

- Justitiam legalem promouent:* 6. *Faciles ad captanda pramia su-*
 1. *Pramia.* 2. *Pœna.* *Difficiles ad promerenda (mus.)*
 3. *Moderatè adhibita.* *In vitiis contrarium obtines.*
 4. *Pœna aliquando maior,* 7. *Metus pœne quid efficiat.*
 5. *Aliquando minor delicto.* 8. *Impunitas scelerum vitanda.*
 9. *Propositio.*

DUO potissimum sunt, quibus ritè applicatis, vitalis ille Rerum publicarum spiritus, Justitiam legalem dicimus, egregiè fovetur. Unum præmiis allicit, alterum pœnis terret; Illa bonos, istæ malos respiciunt. †
 Quamquam enim, Stoicorum ex sententia, virtus sibi ipsi præmium sit, & semper pulcherrima merces; tamen siue socordia, siue ambitione humani ingenii factum est, ut virtus è præmiis æstimeretur. Unde, quia nemo gratis esse bonus vult, præmiis opus est, quibus tanquam aureo Palladis freno, ad virtutis studium boni pettrahantur. † Cum autem non omnes virtutis sequi ductum ament, sed pleriq; ad pejora labenti naturæ nimium indulgeant, pœnarum quodq; ad deterrendum aptarum, habenda ratio fuit, ne bonos opinio impunitatis, mater sceleratæ sobolis, vel species, quæ vitiis blandiens esse solet, deciperet: néve eos, quos dulce vitiorum venenū jam tūm inescârât, foeditatum ingluvies suffocaret. † Utrumq; prudentè moderationem flagitat, ne liberalior præmiorum, & carior pœnarum executio fiat: ne præmiis latentur indigni, aut pœnis premantur innocentes. Quare, sicut ibi ad merito-

4. *ut molem præmia; sic hic ad delictorum gravitatē poenæ vel minuuntur, v. augentur, circumstantiis ubiq; validis. † Id singulari vitiorum odio receptum est; quod delicta, quæ sæcundæ noxiæq; segetis in Republica pertimescentur, graviorib⁹ nonnunquam supplicii vindicantur: nō poena cum singulari delicto comparata, sed cum plurimis illius delicti futuris exemplis. Vid. Nobiliss. DN. Struv. Præceptor veneratorius Synt. jur. vol. 1. Ex. 1. Th. 33. † Ubi contra plurimos flagitia contaminant, poena paucos attingit metus, omnes, ceu fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, ut in terminis Seneca lib. 1. d. clem. Multorum siquidem supplicium, Tacito autore, 1. Ann. 4. §. 3. clades est, non medicina: atq; extirparis omnibus, finis poenarum, exemplum scilicet in reliquis, magis evanesceret. † Quemadmodum autem perpetua virtutibus cum vitiis pugna; sic mirā meramq; diversitatem utraq; lex, præmians & puniens, adinvenit. Ardua est ad virtutē via; lata & grata vitiis pater: illa cum difficultate paucorum est; hæc cum facilitate plurium. Illi gratius præmiis inhiant; hi durius poenas detrectant. † Idq; adeo, ut metum sæpè cum peccandi audacia, Rei exitiosissima publicæ, commutent, eq; scelere scelera turmatim maturent, vel fugā etiam sibi salutem quærant. † Minimè tamen cedendum peccatis est, ne intermissione poenarum ferventē vindictam Dei provocemus ne populum securius peccare faciamus, fugam delictorum facinorum poenam reputantem; sicq; totam Rempubl. in maxima mala & pericula; ne dicam exitium præsentissimum, proiciamus. Illi quomodo obviandū malo, dicemus D. V. impofterum; huic REMISSIONEM remedio esse Impp. placita voluerunt, quò ibi exemplū poenæ extaret, ubi exemplum culpæ extitisset. Wesenb. par. ff. d. accus. n. 7. † Cui Remissioni Reorum ad locum delicti, impræsentiarum meditationes nostras aliquantisper litabimus: quæ, ut abortiendo methodicam veritatem inveniant, iustissimus ille arbiter clementissimè operari dignetur! Vide de præmiis in Republica decernendis special.*

1053.
Special. tract. Bornit: novissime de pram. & pan. Dn. D. Lic. Bleu. Adde Besold. 2. polit. 2. Boxhorn. Instit. polit. lib. 1. c. 9. & Dd. Politicos passim. Sit igitur

Articulus I. De Remissionis defin. nominali.

Summaria:

1. *Remiss. etymologia.*
2. *Homonymia.*
3. *Genuina hujus loci acceptio.*
4. *Synonymia.*

Quamquam exacta verborum notitia, in rei cognitionem felicius suos evehere æmulos soleat, arg. §. 3. d. *donat.* & §. 29. d. *Legat.* nos tamē natales hujus vocis alterari, supervacaneū duxim⁹, cum ipsa vis significativa abundē inferat † Remissionē à mittendo dictā, cōpositāq; esse ex particula præpositiva *RE*, quæ à retro per apocopē nata (vid. *Lexicographos*,) & *missione*, quasi dicas, est retromissio v.g. delinquentis ad locū unde aufugerat, desideratur tamē iterum adesse. † Varias vox hæc sortita significationes est. Et I. quidem vulgariter manu-ductionem denotat brevioris tractationis ad ampliorem, quæ usurpatio nostris est frequentissima. II. Veniā & indulgentiā innuit, l. 2 §. 1. *Siquis in ius. voc. non* l. 38. §. 6. ad L. *Jul. d. adult.* l. 3. c. d. *episc. aud.* quæ acceptio iuri canonico familiarior, t. r. & cum primis c. 4. c. 14. & seq. d. *pæn. & remiss.* III. In sensu magis civili, generaliter significat causæ gravioris ad superiorem Magistratum deductionē, l. 13. *ex quib. cau. in poss.* l. 22. *de appell. c. 17. d. Hæret. in* 6. IV. Gratiā alicui alicuj⁹ rei facere, v.g. remittere juramentū, l. 5. *fin. l. seq. d. iureju. pign.* Rubr. & t. c. d. *Remiss. pign.* V. Laxationē eius quod à teā substat, v.g. cōductionis, l. 24 §. *fin. l. 33. fin. Locat* VI. Cōventionē de opetēdo, v.g. fidei cōmissū, etiam incertū arg. l. 21 §. 3 l. 46. d. *pact. coedd. d. contrah. stipul. c. 6. n. 15. seq.* VII. Specialiūs abolitionē nūciationis operis novi à prætorē factā, t. r. d. *Remiss.* & ibi Cujac. l. 1. *pr. d. oper. nov. nunc.* &c. add. Calvin. in *Lex. Jur. in hac vo.* re. Quæ & similes huj⁹ vocis acceptiones, suis applicatæ reb⁹, specialem Remissionis naturam induunt. † Nos omnibus illis nunc sepositis. IIX. Remissionis vocabulo hic indigitamus jus illud, secundum quod criminis atrocioris.

reus, & absens, ad petitionem iudicis remittitur ad locū deli-
cti. Et ita usurpatur in l. 7. §. fin. de accus. l. 7. l. 9. l. 11. §. 1. de cu-
3. stod. & exhib. reor. l. 4. §. 5. d. Remilit. & similibus. † Eodem sen-
su dicitur aliās simpliciter re⁹ mitti l. 3. pr. d. remilit. vel trans-
mitti, Auth. Si verò. C. ad L. Jul. d. adult. N. 134. c. 5. l. un. C. d.
offic. proc. & leg. Rubr. C. d. exhib. & transmitt. reis.

Artic. II. De Remissionis definitione reali.

Summaria:

1. Ipsa definitio.
2. Non sufficit affectio.

3. Quales iudices hic intellig.
4. Peckii definitio rejicitur.

5. Unica distinctio annexitur.

1. **R**EMISSIONEM DEFINIMUS quod sit extraditio facino-
rosi ad rogationē iudici loci delicti fieri solita, à iudice reū
tenēte. Generis loco stat *extraditio*, quæ vox cum latius pate-
ret, coarctanda erat ad certam speciem. † Innuit autem non
2. solam benevolentiam hic sufficere, nec relegationem ē suo
districtu, quæ rimam elabendi reis daret, & collusionis rem-
publicam argueret; sed realem requiri exhibitionem, non
quidem immediatē à iudicibus expediendam, sed mediatē per
ministros, quam præclaro facto præstitit; Mahumedus Turca-
rum Imp. ut patebit ex seqq. *Facinorosi*, Hoc & seqq. verba dif-
ferentia munus subeunt: Et hoc quidem sceleris atrocitatem
arguit. vid. inf. a. 5. n. 1. *Adrogationem*. Add. ex eod. ar. 5. n. 4.
3. † *Judici à Judice*. Non iudices hic ii solū indignantur, qui
iudiciis præpositi sunt, & culmen constituens venerantur; ita
enim Principatum fortē non excedet Remissio, cum diversis
sine autoritate delegantis, remittendi libertas vix salva erit,
pertradita à Prosper. Farin. *rr. crimin. tit. d. inquis. q. 7. n. 32*. Sed
& non rarò supremos iudices, ipsum Principē vel civitatem,
pro requirendis & transmittendis reis, alios Principes vel
Respubl. interpellare, exemplis edocemur. Sic Henricus II.
Franc. Rex ad clarificationem usq; cum Senatu populoq; Gene-
vate,

1054

vate, dereddendo sibi Baptista Didato, homine Italo, pecula-
 tus reo, per legatos egit. Bod. 3. *de Repb. 6. n. 326.* Nuncupantur
 autem hic præ aliis, quia vel loco in specie, & cum jurisdictio-
 ne præsumt; vel de criminibus cognoscunt, vel petita ad Prin-
 cipem deferunt, expectantq; imperata. Unde & ratione officii
 collegæ vocantur, *l. 7. d. cussod. reor.* † Aliter definit Peckius ad 4.
l. 7. de incend. ruin. naufr. n. ult. cum ab uno iudice ad alterius ju-
 risdictionis iudicem, juris prærogativam prætendentem, faci-
 norosus remittitur. Nos loquimur cum ab inferiori ad supe-
 riorem. *Hec ille.* Sed mutilatè; cum definitio hæc competat
 saltim diversis iudicibus, sub uno imperio: magisq; de iure &
 prærogativa, quàm de Remissionis æquitate concepta sit. Ta-
 cemus, quod definitum ingrediatur definitionem. † Unicam 5.
 hîc, distinctionem magis, quàm divisionem, subnectendam
 duximus. Distingvunt enim quidam Remissionem in realem
 & verbalem. Rauchb. *part. 2. qv. ill. 50. n. 19.* Cöler. *de proces. exe-*
cut. par. 3. c. 7. n. 35. ibiq; citatus Bl. in *l. 2. §. 1. n. 2. C. d. Episc. & cler.*
 Quarum illa, quæ præcipuum disputationis nostræ argumen-
 tum sustinet, est, quando reus vincit? alteri exhibetur. Ista, quan-
 do iudex domicilii vel originis, reo citato præcipit, ut coram
 iudice delicti se sistat. Ne tamen periculum definitio nostra
 principalis incidat, quasi hîc dividamus species, generi & ge-
 nerali definitioni minimè comperentes, id monendum duxi-
 mus: Remissiones verbales propriè Remissiones non esse, sed
 potius adhortationes, comminationesq; venire tamen sub
 generale nomen, propter analogiam, & tolerari propter in-
 gnem usum quo huic explicationi inservit; adeoq; magis lo-
 gicam distinctionē esse, quàm realem divisionē. *vid. a. 5. n. 2.*

Artic. III. De Remissionis causa efficiente.

Summaria:

1. Causa effc. remota est æquitas & lex. 3. Quicunq; 4. Etiam maj.
2. Proxima iudices. 5. Et diversi Principatus.

CAUSA EFFICIENS REMOTA partim æquitas, partim
 lex

lex est, utilissimā & serè necessariam Remissionum materiā
 definiens. Postquā enim scelera frequētarētur, scelerūq; auto-
 res fuga sibi solatium quærent: indeq; exsurgentes querelæ
 Principū animos, publicis maximè curis dicatos, inquietarēt.
N. 69 c. 1. Cum etiam hisce reorum fugis cognitio auctorū
 sæpè occultaretur, vel læsi metu impensarum à persequendo
 longiūs, & accusando deterrerentur, vel ob defectum proba-
 tionum in locis disitis non audirentur; *l. 7. incen. vul.* vel pro-
 pter Rei abūdantiā, eiq; addictorū potentiā, pericula quādoq;
 effugere nō possent; indeq; vulg⁹ insegurā peccandi licentiā
 raperetur; non in universū solūm Rei conducere visum publi-
 cæ fuit, purgari provincias à malis hominibus, *l. 3. d. offic.
 pres. c. 1. Dist. 4.* liberariq; probos ab injuriā malevolorum,
 à gangrena flagitiorum, & terrere malos, exemplis in ipsis
 criminum autoribus statutis, *l. 28. §. pen. de pen. cau. 2. q. 7.
 c. 47. c. 17. de judic. c. 2 d. calumn. c. 1. d. privil. in 6. clem. 1. d.
 offic. ord. & similibus;* sed & publicis constitutionibus solati-
 um fugæ delinquentibus eripi. Unde sancitum, ut reus gra-
 vioris delicti fugitivus, & alibi deprehensus, remitteretur
 ad locum delicti, quò exemplum publicæ vindictæ e-
 datur, ubi facinus commissum & cognitum esset. *Don. 17. com.
 16. Paurmeist. d. juris d. lib. 2. c. 4. n. 5. Matth. Steph. d. juris d.
 lib. 1. c. 30. n. 3. seqq.* Idq; tam à prioribus Imperatoribus &
 Ictis *l. 7. d. cust. & exh. reo. l. 28. §. pen. d. pen. & nominatim
 D. Pio l. 7. §. 5. d. accus.* quàm à sacratissimo nostro Justinia-
 no, plenissimè de Remissionibus decernente, poenasq; in nō
 remittentes gravissimas statuente, *Auth. si verò. C. d. adult. N.
 2. 134. c. 5.* laudabiliter præstitum fuit. † PROXIMA sunt iudices,
 hinc expetens, illinc remittens, utriusq; fori, & Ecclesiasti-
 ci, & secularis, rei copiam habentes. † Verū occasione
 horum dubitari cepit: AN REMISSIO HÆC A QUOCUNQUE JU-
 DICE, UBI DELINQVENS COMMORATUR, FIERI POSSIT? Quod
 aliis

aliis negare placuit, ex eo, quod (1) Ubicumq; non est obligatio vel ratione domicilii, vel originis, vel contractus, vel delicti, &c. ibi quoq; jurisdictio nō sit ad capiendū vel remittendum efficax, per tradita à dicto Farin. *d. l. n. 2. 27. seqq.* (2) propter *cap. 1. de privil. in 6.* Ubi exemptus, qui jure ad locum delicti remittendus alioquin est, non potest remitti à judice ordinario, à quo exemptus existit, quia jurisditionem in exemptū non habet. Ex quibus sequitur necessariam esse jurisditionē aliqua ex causa, ut judex remittere possit delinquentem ad locum delicti. Inter alios Ant. Butri. *in c. fin. n. 10. Aret. col. 4. Fel. n. 9 d. for. comp. & sub. dist. dist.* Farin. *l. c.* Alii tamen Remissionem locum facientes, concludunt: (1). Quia sit vinculum societatis humanæ, is unicuiq; obligatus Magistratui est; Sed reus noster. E. Maj. prob. quia omnium interest extinguere facinorosos, ne lædant toxico suo illaesos; qui enim semel malo semper talis præsumitur. *l. 5. §. 6. de re milit. c. 8. d. R. 7. in 6. (2)* Quod denegata animadvertendi jurisdictio, nō infringat comprehensionem & Remissionem, ad ultimum illum finem tendentes, per *text. in N. 15. c. 6. §. 1. l. 3. §. 1. d. off. pref. vig. (1)* Facit generalitas *N. 134. c. 5.* Ex his eminent Panorm. *in d. c. ult. n. 16.* Mar. Soc. *in c. 14. n. 14. d. d. form. comp.* Covarr. *practic. qv. 11. n. 6.* Bach. *ad Trent. vol. 1. D. 3. th. 8. lit. F.* Quibus & nos subscribimus. Oppositorum (1) ratio affirmandi prima satis diluit. Ad (2) *d. c. 1. 32.* Covar dupliciter: vel Remissionem petitam non esse; vel, quod magis sequimur, loqui de exempto etiam ratione loci, ut si is delinquat extra locum illum, puniri possit à judice loci delicti ad quem remittendus erit per judicem proprium, cui jure exemptionis submittitur, non autem per judicem ordinarium in cujus est territorio, propter exemptionem. vide *eund. d. l. latē n. 5.* † Alterum dubium in eo 4. est: Nunquid maior iudex minori remittat? Quod non pauci negarunt, quia (1) Minor in maiorem jus non habeat, *l.*

11. *d. dol. mal.* & detraheretur procul dubio auctoritati majorum, si minorum precibus hoc modo assurgerent. (2) Naturalis rerum ordo indicat Remissiones fieri ad Maiores, non minores *l. 13 ut in pos. leg. l. 22. d. appell.* (3) Judicium redderetur elusorium, dum reo appellante, ad maiorem rursus remittendus esset. E quibus choreā ducit Oldr. de Ponte *Conf. 124.* (ubi dicit à Curia Romana, quia maxima sit omnium curiarum mundi, de facto fuisse Regi Angliæ petenti Remissionem fieri, denegatam. Quod sequuntur *70. Bapt. Bajard. in addit. ad pract. crimin. Clari q. 38. n. 75* Pios Far. *d. q. 7. n. 12.* Boer. *Decis 29. n. 7* sequacibus Chassan *in consuet. Burgund. Rubr. 12. n. 16.* ex parte Covar. *d. l. n. 10.* Farin. *n. 33.* Contra tamen verius urgetur (1) quod in hoc quoque casu Remissionum finis militet, Et quod (2) nulli præjudicetur, cum non de jure judicium, sed de æquo & exemplo statuendo, quaestio sit. (3) Facit *N. 2. c. 2.* Ubi semet ipsum remissurum Imp. provinciarum Primatibus sanctè promittit. Hancque praxis totius Hispaniæ comprobat, si Covarr. fides habenda. Et Cassan. *ubi sup.* ex Bricio refert; Reginā Siciliæ remisisse quendam captum pro furto ad locū delicti. Pro determinatione idem Cov. & ex eo. Baj. *n. 71.* & Farin. *ad. l. 11.* Distingvunt, an iudex major plenum jus advocandi causam, licet jam captam, ab inferiori habeat; an verò saltem jus appellationis: atque sic ibi qu. negant, hic affirmant. Nisi forte priori quoque maturius satis fiat, si causā cognitā sententiam ferat, remittatque reum inferiori ad executionem, text. notab. *in l. 15. §. 1. d. Re jud. arg. c. 14. d. for. comp.* Baj. *d. l. n. 91. fin.* Ad Neg. rationem (1) & ex affirm. (2) addito hoc, quo subiniquum sit urbanitatem iudicium ad contemptum detorquere: quin potius auctoritatem auget, si aliorum precibus satisfaciatur. *Ad (2. c. 3.)* Ordo ille in ordinario processu, quem allegati textus designant, utique observandus, quem tamen iudicia criminalia, in atrocibus delictis, sicut nec appellationem (quod

1056

{quod adult. R.} admittunt l. 16. d. appell. l. 6. §. 9. d. injust. rupt.
 l. un. fin. pr. C. d. rupt. virg l. 2. C. quor. appell. Ordin. Cam. par.
 2. tit. 28. §. item nach dem auch 5. Reces. Imp. d. an. 1530. §. item
 als ist etliche Zeit her §. 95. Land N. lib. 1. art. 12. v. Wird ein
 Man. Gayl. 1. obs. 1. n. 27 & seq. Myns. 4. obs. 41 And. Knich. von
 Mal. s. sachen n. 65. seqq. Hunn. Colleg. crim. Diss. 4. th. 59.
 Et posito dari de jure civili communius appellationem, frigi-
 dè tamèn inde deducitur iteratæ Remissionis nullitas cum
 detento in vinculis reo, decisum Principis judices expectent,
 vel pro natura delicti post executionem, poenæ festinationē
 coram Principe emendent. d. l. 6. §. 9. d. injust. rupt. l. 6 §. 3. l.
 12. C. d. appell. Atq; hæc quidem secundum juris civilis decre-
 ta præcipuè decidi solent. Postquam verò regna & ditiones
 distrahi, inq; Principes jura superioritatis derivari ceperunt,
 id scrupulum multis movit: † Ecquid INDEX REUM, VEL SUÆ, S.
 VEL ALIENÆ DITIONIS REMITTERE TENEATUR IUDICI ALTE-
 RIUS PRINCIPATUS? Quod negandum videtur, tum (1) quod
 par in parem imperium non habeat, l. 4. d. recept. l. 38. d. jud.
 l. 13. §. 4. ad SC. Treb. adeoq; nec cogere ad remittendum possit;
 tum vel maximè ob receptissimam consuetudinem usu totius
 orbis Christiani approbatam, ut loquitur Bl. in l. 1. C. ubi d.
 crim. quam sexcentis propè autoritatibus circumvallant
 Chass. d. l. n. 14. Cov. n. 10. Clar. pract. crim. q. 38. n. 21. Rauchb.
 d. q. n. 23. seqq. Nobis æquitas magis placet, quæ svadet, ut hoc
 quodq; in casu, ubi nulli præjudicium sit, alter alteri libentius
 remittendo faveat. Præterquam enim quod diversæ Resp.
 communi quodam vinculo contineantur, movere judices
 cum primis debet amor virtutum & tranquillitatis publicæ,
 euraq; quam inde tutando universo hominum generi debet;
 ex eo enim quod Magistratus sunt, subditorum utilitati invi-
 gilabunt, ex eo quod nemini mortalium parent, ad conser-
 vandas societates, expurgandosq; noxios, mutuam operam

conferent. vid. Boxhorn *In Pol. lib. 1. c. 12. §. 13.* Et quemad-
modum suas quisq; provincias à labe immunes cupit, sic alio-
rū succurret utilitati, sibi quo data occasione succurratur. *108.*
ut ff. quod quisq; iur. in al. Ea; æquitatis ratio fortius urget, si
remittendus sit ex subditis iudicis peccantis: suum quippè
cuiq; tribuendum, adeoq; & subditum Principi, inter Dei &
naturæ mandata est. Quin etiam duo vincula fortius strin-
guunt, ut in terminis ait Bazar. *c. l. n. 28.* Nobiscum faciunt
Bodin. *d. l. Bach. ad Tr. l. al.* Et observari eandem in plurimis
Germaniæ locis, præter experientiam, testatur Rauchb. *d. q.*
n. 25. Matt. Steph. d. c. 30. n. 17. aliq;. De consuetudine Gal-
liæ Bod. *d. l.* De Ducatu Mediolanensi & finitimis Clarus
d. l. Memoratu digna Mahumedis est urbanitas Turc. Imp.
quod parricidam, qui Julianum Medicem ante aras crudelis-
simè trucidârat, ab urbe Constantinopoli, quò sese recepe-
rat, vindum Laurentio Medici, ac ipsi Florentinorum civi-
tati reposcenti, restituerit. Non enim Florentinorum copi-
as, quæ tenues erant, sed immortalis præpotentisq; Dei
vim, ac potentiam extimuit, referente laudato Bodin. *d. l.*
add. ex ars. 7. n. 2. seqq.

Artic. IV. De Remissionis objecto.

Summaria :

1. *Obj. Romis, reus sanguinis.* 6. *Fur aliore furtivâ transportans.*
2. *Clericus:* 3. *Miles.* 7. *Hereticus.*
4. *Studiosus* 5. *Vagabundus.* 8. *Mandans delictû, vel ratificans.*

1. **O**BJECTUM REMISSIONIS est reus criminis capita-
lis, extra locum delicti alicubi repertus; Factores quoq;
appellantur *l. 7. d. custod. reo.* qualis tandem sit, etiam claris-
sima dignitate præditus, *l. 1. C. ubi Sen. vel. cl. vel servituti de-*
ditus

ditus l. ult. d. nox. act. l. 7. §. pen. d. accus. † Nec interest Laicus?
 an CLERICUS sit, modo hic ad judicem ecclesiasticum re-
 mittatur. arg. c. 1. d. rapt. Nisi Laici à Pontifice illam potesta-
 tem contra clericos de criminibus cognoscendi habeant, Gl.
 in c. laic. 16. q. 7. vel crimen assassinii sit. c. 1. d. homic. in 6. vel
 quasi possessione fruantur, Zang. de Excep. par. 2. c. 1. n. 225. seqq.
 & ex Decian. Pet. Theod. Colleg. Crim. Diff. 4. th. 3. lit. B.
 Quamquam enim jure Nov. Justin. quoad crimen ecclesiasti-
 cum, v. g. hæresin vel simoniam, Remissio ad ecclesiasticum
 procedebat, in criminibus autem civilibus, v. c. furto, secu-
 lare judicium, præmissa degradatione ab Episcopo facienda,
 N. 83. N. 129. P. 21. §. 1. operabatur, Auth. Clericus §. 1. C. d. E-
 pisc. & cler. N. 83. præsidq; hodierno adhuc Gallix usu rece-
 ptum esse notat Gothof. ad auth. Statuimus C. d. 1. Tamen
 indulgentiis reliquorum succedentium Impp. eò succe-
 vit jurisdictio Ecclesiastica, ut nunc in criminalibus judici-
 um seculare minimè formident. d. Auth. Statu. c. 1. d. judic.
 cum similibus. Capere nihilominus seculares Clericos pos-
 sunt, & judici suo remittere, Hillig. ad Don. 17. com. 2. lit. N.
 Schultz LL. CC. voc. Cleric. n. 8. † Togatæ an SAGATÆ 3.
 MILITIAE reus militet; modo quoad hunc in causis quæ ju-
 stitiam militarem, quæ talem, lædunt, v. g. quod vendidit
 arma, levioresq; sunt, ut quando intulit vim sine armis, ad
 Ducem suum cum elogio: in aliis quæ Respublicas specia-
 lius offenderunt, v. c. homicidio, ad judicem loci delicti,
 maximè si extra locum militiæ deliquerit, remissio fiat. l. ult.
 d. accusat. l. 3. pr. l. 4. §. 5. d. re mil. l. 9. d. cust. reo. 2. 2. C. d. offic.
 pref. mil. Gl. in l. 6. C. d. jurisdiction. Benè Bos. d. for.
 comp. n. 3. & 4. & latè Salyc. in d. l. 6. Donell. 17. comm.
 20. ibiq; citati ap. Hillig. & 17. com. 16. lit. M. Pet. Theod.
 d. Diff.

B 3

De

1057.

4. De iis qui ARTI MILITANT dubitari posset an Remitten-
di sint ob delictum extra Academiam commissum, ad locum
delicti; an verò ad Magistratum Academicum? Pro Postero-
ri facit, quod studiosi gaudeant jure revocandi ad Academiae
Rectorem. *Auth. Habita C. ne sit propat. (2.)* quod aequè coram
Magistratu Academico ut cui merum imperium competat,
conveniri possit: quod multis placet Gl in d. *Auth. verb. sili-*
tem es ibi Br. n. 4. in fin. Clar. §. fin. q. 35. n. 23. Horat. Luc. *priv.*
69. Liebert. *Disp. 1. d. priv. stud. th. 9. lit. D.* aliisq; plurimis Et
nuncupatim de Academia Friburgensi id testatur ich in d. *A.*
de Tubing. Ingolst. Lipsiensi & Heidelb. Kubach *qq. ill. cent. 3.*
dec. 8. q. 10 de Viennensi, Francof. Gryphus v. al. Witteb. & Ro-
stoch. Muscorn. in *tr. d. jurid. n. 75.* de Italicis Treut. *vol.*
1. D. 3. th. 4. G. Et in hac sententia deprehendimus P. Theod.
d. 1. & Gothof. ad. l. 9. d. cust. reo. Schultz vol. 3. syn. jur. not. 10.
f. Verum rectius statuitur in criminalibus, & cum primis in
delictis atrocissimis, officium pietatis Friderici, adeoq; & jus
revocandi, cessare, Dön. *d. 17. com. 20.* Liebt. *Disp. 2. th. pen.*
Wurm. *Exerc. jur. publ. 5. q. 10. ibiq. citati.* Cum vel maximè
Studiosos vitae honestas & studium virtutis deceat, *arg. l. 7 C. d.*
profess. à quibus cum desectunt, semetipsos privilegii exu-
unt, *arg. l. 3. C. d. curios. & stat.* Sicq; reatus & delicta hono-
rem excludunt. *l. 1. C. ubi sen. vel cla. l. 47. d. R. Nupt & privi-*
legium omnino mereitur amittere, qui permessa sibi abutitur
potestate c. privil. 11. q. 3. l. 15. pr. C. d. dignit. Cujus rei ratio
redditur in *l. 2. C. d. priv. schol.* ne prae-textu concessi privilegii,
vel flagitiorum crescat autoritas, vel publica vacillet utilitas.
Hinc paternè Scholares Cöler. *d. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 155.* mo-
net, ne nimium confidant suis privilegiis, sed intra sua voca-
tionis limites sese contineant, ne eos excedendo & delinquē-
do, iisdem se reddentes indignos, *d. c. priv. 11. q. 3* ad alienū
postmodum, exceptione fori declinatoria non attenta, trahā-
tur

tur forum. Et quod de Acad. jurisdictione dicitur, particulare est, negant enim id ipsum de Bononiensi Br. *a. l. de Parisiensi Bod. n. 3. d. Repb. 7.* Parendum ergo hic est consuetudinibus locorum, juxta quas alia Acad. aliis diverso. & quædam etiam pleno meri imperii jure utuntur, ut ex Clar. *l. all* docet Bach. *ad Treut. d. l.* Quod tamen remissionem præcisam non infert, cum aliàs ad S. Cæs. Maj. ut ubi fons meri imperii, semper remittendum esset. Favorabiliores tamen causas studiorum esse, quam Laicorum privatorum, non negaverimus.

† Similiter de VAGABUNDO (sive vero, qui per mundum vagatur, nec habet alicubi certum domicilium in quo habet, Clar. *d. q. 39 n. 8. sive presumto*, qui domicilium quidem habet, maxima tamen suspicio est, in locum domicilii vel originis cum non migraturum intra breve tempus, Covar. *d. q. n. 10*: dubitatum fuit, num adequatum Remis. objectum sit. Qui exentum cum cupiunt, his nituntur fundamentis, (1.) quia Vagabundus ubiq. puniri possit, juxta illud: ubi te invenero, ibi te judicabo. (2.) Exultant *auth. text. l. 1. § ibi expr. Gl. C. ubi de crim. c. 1. d. Rapt.* (3.) per *Auth. si vero C. ad L. Jul. d. adult. § N. 134. c. 5.* ibi: si verò cognoscat quod in aliqua provincia degit. (4.) Præjudicio Senatus Brixienfis, qui vagab. propter furtum fustigare jus sit, adducto à Clar. Et frequentissimo Dd. consensu. Ita tenet Calder. & Anian. *in d. c. 1. d. Rapt.* Gvid. Papa q. 202. n. 1. & 2. Angel. *in l. 10. C. d. furt.* Chasli. *l. Rub. n. 12* Clar. *d. § fin. q. 39. n. 7.* aliq. ab his turmatim citati. Qui contrarium tuerentur, rectè advertunt generalitatem textu pro Remissione facientium, & cum primis *in l. 7. §. fin. d. accus. l. 7. d. cust. reco.* (2.) Quod ipsa fuga non eximat læsæ Reipubl. opinionem impunitatis. (3.) Quod Rēpub. in qua deprehensus fuit, tam graviter non læserit. (4.) Quod non subsit ratio quæ vagabun. in hac specie eximat. Huic nobiscum subscribunt Covar. *d. q. 11. n. 7. pr.* secutus Innoc. & Cardin. *in d. c. 1. Panor. & Ant.*

Ant Butr. in cap. ult. d. for. comp. Mar. Socin. in c. 14. n. 15. eod. tit.
Fachin. 9. contr. 24. Farin. sub distinctione d. 7. n. 14. ubi ait,
in vagabundo magis debet fieri remissio quam in non vaga-
bundo, cum ea fiat sine injuria alicujus judicis. Nec diffi-
lis ad objecta est, si distinguamus, an Vagabundus ubiq;
puniri possit, quod illorum argumenta evincunt, nec nos ne-
gamus, cum faciat ad extinguendos facinorosos, & est comm.
opinio teste Bellam. Consil. 11. collas. 1. An vero vagab. alicubi
comprehensus ad petitionem judicis loci delicti, remitti de-
beat, quod vis nostrorum argum. infert, & facit ad satisfaci-
endum bonis, facto vel exemplo laesis, ut metus adimatur, &
mali terreantur, Don. 17. com. 16. Textus itaq; & præjud. illo-
rum intelligenda veniunt eo in casu, ubi vel remissio non est
petita, quod satis probat duplex disjunctiva vel, in d. l. 1. vel
ubi vagabundus ob novum delictum comprehensus & puni-
tus est, quod non obscure innuit d. l. 7. §. fin. d. accus. add Cov.
d. l. Nec officit vulgare illud, ubi te invenero &c. vid. Thoming.
Dec. 5. n. 7. & ex eo Rosbach. proc. crim. tit. 2. c. 8. nos. 2. Con-
trarius sensus à voce degit in dict. N. 134. ex alio textu explican-
dus venit, quod enim hic in specie, alibi in genere dicitur, ut
in l. 7. d. cust. reo. ubi factores agere dicuntur l. 11. §. 1. eod. tit.
6. & passim. † Porro DE FURE qui rem furtivam alium in lo-
cum secū transportavit, non convenit inter Dd. Qui non re-
mittendum, sed ibidem loci ubi cum re furtiva deprehendi-
tur, puniendum censent; moventur ex eo, quod (1) qui rem
talem injustè detinet, & aliorum transfert, utiq; peccet, &
qs. novum furtum facere videatur, ejus nomine oblasam
noviter rempb. ibi puniri possit. (2) idq; magis quod ob unū
idemq; furtum, mutatā Domini personā, sæpius ejusdem rei
nomine agi possit, l. 56. pr. d. furt. Ex horum numero sunt Br.
in l. 47. de Furt. Paul. d. Castr. pars. 2. Conf. 458. Angel. Boer.
Foller. Capyc. aliiq; citati ap. Fach. & Hoen. ubi inf. Rectius
alii

alii talem Remissioni submittunt, tūm quod (1) Remp. illam in quam se recepit, tam graviter non laeserit, cum pro vero Domino initio ipsum agnoscere poterant: tūm etiam quod (2) Furtum arguatur ex initio, nec assidua contrectatio furis, magis furti actionem pariat, *l. 9. pr. d. furt. tum* (3) propter *text. in sepe cit. l. 7. §. fin. de cust. reo.* ubi ob sacrilegium, quod species furti est, remissio fieri praecipitur. Quamquam a. ibi non dicatur, quod res furtiva fuerit transportata, praesumitur tamen, cum furi nondum sit remissum peccatum, ob non restitutum ablatum. *c. 4. d. R. 7. in. 6.* (4) propter generalitatem notissimae Nov. 134. & ejus filiae *Auth.* Huic subscribunt Bl. *conf. 471. lib. 3.* (licet ibi. negativam de jure veriore statuatur) Fulgos. *conf. 149.* Covar. *d. q. n. 9.* Clar. *d. q. 38. n. 16.* Fach. 9 *contr. 19.* Hoen. *Diff. qq. ill. 18. contr. 5.* Quibus & nostrum calculum addimus. Nec urget quod (1) assidue contrectans in peccato sit, cum majori offensā ipsum furtum commiserit, Remq; publicam laeserit. Sufficere itaq; ultimis ad terrorem potest, si videant furem remitti ad supplicium, prioribus, quod videant delictum poenā deleri. *Alterum* elumbē est; non sequitur, novus Dominus ob jus in re furtiva, forte ex hereditaria successione consecutum, furti agere potest, E. remis. locum non habet. Et imò Magistratui hic vindicationem quoq; concedimus, non tamen eundem remittendi urbanitate privamus. † Gravior circa HÆRETICUM disputatio orta est. Eumq; non remittendum, sed puniendum quocunq; in loco repertus fuerit, nonnulli voluerunt, in tantum, ut licet nihil impii eo in loco fecerit. Rationes eorum sunt; (1) quia injuriam quam hæretici Deo facere intelliguntur, justo vindicare Zelo, cuius licitum est. *arg. Deut. XIII. 8. seqq.* (2) quod salutē animarum quamprimum tueri conveniat. (3) Quod Reipb. intersit Hæreticos citius capi, dignisq; suppliciis affici. *l. 5. c. d. heret. ne longa novitatis inquisitio*

credulum vulgum cogitationibus perfundat, *arg. l. 6. §. 9. de injust. rupt. test. l. 16. de appell.* Ex horum censu sunt Paul. de Leaza. & Cardin. in *clem. pastoralis d. R. jud. Gons. à Villadiego d. Heret. q. 2. in fin.* Guid. Pap. *d. q. 202. n. 2.* Chass. *d. R. 12. n. 17.* Prosp. Far. *d. q. n. 17.* Pro determinatione tripliciter concludimus (I) Hæretico, qui v. g. Athenis deliquit & Lacedæmonem fugit, ibiq; feriâ pænitiâ ducitur, clementia non est deneganda, per ea quæ tradit Tiraquell. *d. pæn. temper. aut remitt. cau. 28.* Nisi Atheniensium aliquos hæresi sua ita læserit, ut absq; exemplo corrigi non possint, tunc enim repetentibus Atheniensibus, hæreticum justè Lacedæmonii remittunt. (II) Hæreticus indefinenter improbus & funestus, ubiq; puniri potest, potest tamen remitti illuc, ubi graviores motus fecerit, per Gl. & Dd. in *c. 12. d. Hæret. in 6. Cyn. & alios in l. 1. fin. C. d. Sum. Trin.* Covar. *d. q. n. 12,* quem omninò vide. (III) Hæreticus hic & ibi æqualiter noxius, à tenente æquius punitur, quàm remittitur, cum magis nostræ reipubl. devincti sumus liberandæ, quàm alienæ. Repete ex *sup. a. 3. n. 5.* consentiunt Pet. & Cyn. in *d. l. 1. Jo. Andr. Anch. & Vanchell. in d. c. 12. d. Hæret. in 6.* Quibus velut limitationibus præmissis, 8. facilis erit ad opposita responsio. † Deniq; non satis expeditum est quod de MANDANTE delictum fieri, vel RATIFICANTE factum, hic quæri solet: An sc. in loco ubi mandatum dedit, vel ratificavit, puniendus sit, an verò ubi delictum commissum est? Propriori facit, quod (1) quam primum mandatum contractum est, incipiat mandans ex contractu teneri. (2) Unde si mandatarius spreto mandato proderet mandantem, utiq; in loco contractus conveniendus foret. (3) Nec solum Rempubl., ubi delictum secutum est, læsit, sed & eam ubi iniquissimis mandatis vacavit. Hanc aliter tamen probatam sequuntur Bl. in *l. 5. C. d. accus.* Bos. *d. tit. n. 109. seqq.* & ex parte Farin. *d. q. 7. n. 48.* ubi latè. Verum rectius effe-

1060.

effectus mandati, (si ita per analogiam dici mereatur) attens-
ditur. Cum enim certum sit mandatarium non ratione man-
dati, sed propriæ culpæ teneri, & mandantem in eadem causa
cum mandatario esse, l. 7. §. ult. d. juris d. l. 11. §. 3. d. injur. l. 15.
§. 1. ad L. Corn. d. sicca l. 5. c. d. accus. l. 5. C. si reus vel acc. mort. cum
simil. add. Hoen. Disp. 17. centrov. 10. non item ratione manda-
ti, ut bene tradit Bachov. ad Tr. vol. 1. D. 17. th. 3. G. & in terminis
Clar. ubi inf. sed propriæ culpæ, cum ipse faciat, qui per alium
facit l. 1. §. 12. d. vi & vi arm. l. 169. d. R. J. c. 6. d. sent. ex com. s.
72. d. R. J. in 6. sequitur, ut sicuti reus principalis propter ex-
emplum trahitur ad locum delicti, eadem quoq; ratione mā-
dans cō trahi debeat, quò uni sententiæ subjaceant, qui ad u-
num idemq; delictum concurrerunt. Ab hac stant Clar. d. q.
38. n. 6. & ibi in addit. Bajar. cum secunda allegatorum sege-
te, Fachin. 9. contr. 25. per. l. 19. §. 3. d. judic. l. 61. d. fidejus. & in-
finiti ap. Farin. n. 47. pro communi opinione adducti. Matth.
Steph. d. l. n. 36. Ad opposita g. Ad 1. Qvod perfectum man-
datum nunquam adfuerit, propter tūpem causam. §. 7. Inst. d.
mand. l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. cod. adeoq; nec locus contractus at-
tendi possit. Ad 2. Qvod non secuto delicto, mandans non te-
neatur tanquam ex illo delicto, nisi forte ad poenam extraor-
dinariam, de qvo casu non disputamus, sed de facto secuto.
Ad 3. In loco mandati deliquit tacite, & ignorante populo, ibi
verò aperte, ubi alter dicto paruit, & publicè nocuit. Quan-
quam in hoc casu, ubi geminatum exemplum extabit, man-
dantem in loco contractus puniri quoq; posse, ad præcaven-
das imposterum istiusmodi nefarias passionēs, non prorsus
negaverimus. cum Far. d. n. 48. Nisi fortè aliud circumstan-
tiæ syadebunt, vel qualitas delicti. v. g. in crimine Læs. Maj.
vel confronatione, ut vacant, ad convincendū alterutrū, op⁹
sit. In genere concludimus, quod quotiescunq; delictū ubiq;
puniri potest, Remissioni nō præjudicetur. Sic Raptor remit-
tipotest, contra quàm statuit Chas. d. R. n. 11. Bajar ad Cl. d.

q. 38. n. 20. *segg.* Farin. d. q. 7. n. 8. Affasinus, Publicus latro &c. de quibus Farina. n. 9: *segg.* & alii.

Artic. V. De Remissionis formalibz requisitis.

Summaria:

1. *Requir.* ut adfit I. delicti gravitas 5. II. Petitionis urbanitas.
2. In contractibus regulariter non 6. *Quānegle* Et ad Rem. non est neces-
procedit realis, sed verbalis re- stratus, nisi in certis casibus.
missio. 7. III. Summaria cognitio iudicii re-
quiriti.
3. In caus. civilibus excipiunt casum reddendarum rationum. 8. IV. Literarum Reversaliū datio.
4. Locum habet licet privatus civili- 9. De accidentalibus requisitis.
ter agat.

UT autem Remissio succedat, IV. concurrere debent, quæ
formæ vices sustinere apprimè poterunt. Unum quod
Reum spectat, est DELICTI ATROCITAS, ejusdemq;
persecutio criminalis, & quidem capitalis, per sæpè citat.
text. l. 7. §. fin. d. accusas. l. 28. §. pen. d. pæn. l. 3. pr. d. R. milit.
N. 134. c. 5. & similes. Si enim levius delictum sit, vel pecuni-
ariam, aut aliam non sanguinis pœnam admittat, remis-
sio vix locum inveniet, juxta Dd. comm. Cyn. in d. Auth. quæ
inprov. C. ubi d. crim. & alii cit. apud Covar. d. l. n. 7. ubi com-
munem esse ait, Chafs. d. l. n. 7. Clar. d. q. 38. n. 23. Hyp. d.
Mars. pract. crim. §. oport. n. 33. Thoming. d. Dec. 5. n. 9. Far.
d. l. n. 36. ubi plurimos alleg. Etiam de jure Saxonico, Dn.
Carpz. par. 3. pr. crim. q. 110. n. 66. quicquid in contrarium
dicant Rauchb. d. q. n. 21. Thomin. d. D. 5. n. 8. P. Theod.
d. sh. 3. lis. D. Ratio reddi posset, tum quod levius delin-
quens non sit speciale suscitabulum gravius delinquendi ali-
is, cum plurimi naturæ pravitate sæpius peccent, sæpius pœ-
nam luant: tum quod pœna quodq; pecuniaria non adeo o-
mnium notitiam incurrat, & aliàs extorqueri per judicem
reum tenentem possit. Unde cessare videtur palmaria

Re-

1067.

Remissionum ratio, quæ exprimitur in *d. l. 28. §. pen. d. pen. & N. 8. c. 8. in fin.* exemplo alios detertere & scandalum delere. Hart Hartm. *tit. 50. obs. 7. n. 5.* tum quod Remiss. sumtus exposcant, quos in levem causam impendere, nimium foret, vel reo, vel Reipub. imò quod istiusmodi remissiones reales infament. Quæ autem sint crimina gravia, graviora, gravissima & leviora, vid. ap. Br. *in l. 11. §. 3. d. injur.* citat à 2. Chafs. *n. 10.* & ap. Petrum *cit. à Cyn. d. l. 1.* † Acriter hîc disceptari solet, ECQUID REMISS. LOCUM HABEAT IN CONTRACTIBUS? Quod affirmandum videtur (1) *per l. 8. C. quom. & qn. jud. sent.* ibi, vel cogendum eum ut sese repræsentet. (2) *per N. 69. c. 1.* ubi Imp. non tantum in contractibus locum remissioni esse ait, sed etiam in levioribus delictis, rationibus ibid. adjectis. (3) & clarius *per l. i. C. ubi caus. stat.* Alii ab hac sententia abhorrent, quia (1) in contractibus non vigeat ratio Remissionis; neq; (2) id lege caveatur, E. nostrum non sit cò Remissionem extendere *l. 64. §. 9. sol. matrim.* (3) quia subiniquum aliquem de civitate vel provincia extrahi posse, cum nemo in causis civilibus è domo sua extrahi debeat. *l. 18. d. in jus voc. l. 103. d. R. 7. (4).* Quod satis puniatur si non defendens se, causa cadat, adversario in possessionem misso. *l. 19. d. t. d. in jus voc. l. 21. §. 2. ex quib. cau. maj. l. 2. ex quib. cau. in poss.* si sc. bona habeat in loco contractus, si secus, mittendo à iudice ordinario. *c. 1. §. contrahentes. de for. comp. in 6.* quam interpretationem communem esse dicit Covarr. *d. q. 10. n. 4.* Adde in Donell. *17. com. 14.* ubi æquam quidem, sed juri minus consentaneam probat. ibiq; Hillig. *lit. 1. & K. Parum. d. juris lib. 2. c. 4. n. 101.* Vasquius *illust. contrav. lib. 6. c. 52. n. 3. & 4.* ad dirimendam hanc litem dupliciter distinguit: I. Inter processum regularem & irregularem. Hunc ex mente ipsius vocam⁹, quando re⁹ merà contumaciâ citationes à iudice loci contract⁹ decenter factas, aspernatur.

C 3

Et

Et hie Remissioni locum facit, propter contumaciam de li-
cto comparandam: adducitq; ita statuentes Bl. *in l. 8. C. qu.*
Et qu. jud. & ibid. in addit. Barbos. & Lancel. *in l. 19. §. 1. d. jud.*
Io. & Azo ap. Cyn. in d. Auth. quain n. 14. C. ubi d. crim. ag.
Quod tamen pleriq; rejiciunt, & inter eos Covarr. *g. 10. n. 4.*
ubi Bl. prædictam sententiam affingi, aliis autoritatib⁹ pro-
bat: add. Salyc. *in l. 1. C. ubi d. crim. II.* Inter contractum nudum
& non nudum: Per hunc intelligitur, quando aliquid acces-
dit contractui, quod regulariter in eundem, quia talem, non
venit, v. g. renunciatio privilegii fori, quâ factâ Remissionē
iterum admittit. Consentit Covar. *d. g. n. 5. Gayl. d. PP. 1. c. 16.*
n. 32. Myns. 2. obs. 5. Et Covar. quidem magis probat *n. 5. §. 6.*
cum Socin. *Reg. 336.* & l. Bern. Diaz. *Reg. 514.* quando renū-
ciationi iuramentum accessit: item ubi renuncians solutio-
nem certo loco astrinxit per *l. 21. d. O. & A. l. 47. §. 2. d. adm.*
tut. Sed nec hie defunt qui secessum faciant à communi opi-
nione, propter æquitatem & praxin repugnantem. Inter
quos est Alex. Imol. Angel. aliq; citati ap. eundem Vas-
quium. Unde aliâ in super distinctione opus esse videtur. Di-
stinguim⁹ ergo inter Remissionē *realem & verbalem* (*v. n. 2. n. 5.*) Et
dicimus: Remissioni verbali locum esse in levioribus deli-
ctis & contractibus, sive renunciatio fori facta, vel non facta
sit, ita ut nisi ipse eat, vel mittat procuratorem ad locum de-
licti vel contractus, defensurum personam ipsius, misurum
se actorem ad petitionem judicis, & re comperta in ejus bo-
na, *d. c. 1. §. contract. d. for. comp. in. 6. l. 45. §. 1. d. jud. d. l. 8. C.*
quom. & qu. jud. vel etiam animadversurum de labecula.
Hanc probant Cöler *d. proc. ex. p. 3. c. 7. n. 36.* Hillig. *ad Don. 17.*
com. 14. lit. G. Non vero reali. Gayl. ubi sup. aliq; innume-
ri. Tum quod talis infamet, ut benè probat Menoch. *d. A. 7. 2.*
lib. 2. c. 1. c. 87. tum quod humaniora media adsint: tum quod
sit contra legum civilium dispositionem, ut dictum. Add.
Rauchb.

106.
Rauhb. d. l. n. 21. Nisi fortè gravissimæ circumstantiæ, quas
judicibus examinandas linquimus, aliud svadebunt. Non
obstant quæ pro affirmativa ad duximus, si distinguamus in-
ter defensionem *necessitatis præcisæ*, quæ remis. tandem de-
sideraret, & consequentiæ, quæ est causæ cadere. Atq; secun-
dum hanc 1. & 2. intelligenda veniunt, ut inter alia indicat
duplex disjunctiva *vel*, in cit. l. 8. & *text. pro neg. adducti*. 3.
Huc non pertinet, loquitur enim de servo fugitivo liberratè
sibi vendicante, & ita actor non reus litigare jubetur in foro
domini. Adde Don. d. c. 14. Et posito, ageretur de fugitivo,
qui subducendo semet domino suo, deliquerit, ut dicitur
ar. 7. Neq; etiam servilis conditio ingenuæ hoc in casu cõ-
paranda esset. l. 28. §. *ult. d. pen. l. ult. C. ad L. pap. d. plag.* Hinc
Soc. d. Reg. 336. n. 6. hunc casum eximit. † In causis civilibus 3.
Dd. cõmuniter Remissioni locum faciunt, quando DE RED-
DENDIS RATIONIBUS administrationis agitur, ex ea ratione,
quod ubi negotia gesta sunt, amplior suppetat totius rei in-
structio. Qualisnam autem administratio subaudienda sit,
dubitatione non caret. Cuj. par. C. ub. de ratioc. Vult. in l. 1.
C. d. 1. Hillig. ad Don. d. c. 14. lit. K. Omnem administratio-
nem, etiam neg. gest. mandati, intellectam cupiunt, tum pro-
pter Rub. C. d. l. ubi de ratiociniis tam publicis quàm privatis
agi oportet, tum propter verba in d. l. 1. ibi: sive ex quocunq;
alio titulo administraverit; tum propter generalem ratio-
nem in l. 2. fin. d. l. & text. in l. 36. fin. l. 45. d. judic. Quod displi-
cet Zang. d. Excep. part. 2. c. 1. n. 191. seqq. Matth. Steph. d. lib.
1. c. 29. n. 36. seqq. propterea, qvod ejusmodi delictum, qvod
originem assumit ex administratione, raro incurrat in speci-
em publicorum judiciorum, in quibus Remissioni locus sit.
N. 134. c. 4. & 6. Unde illi distinguunt inter Administratio-
nem negotiorum quæ vel principaliter ad Magistratum ejus
loci pertinent, qvalia sunt ratiocinia præstanda propter ad-
mini-

ministrationem rerum ad Rempl. spectantium : vel quæ in
 consequentiam Magistratum attingunt, ut sunt tutelæ vel
 curæ : cum interfit Magistratus ut pupillis satisfiat à tutori-
 bus, ne ipsimet deinceps conveniatur *l. i. ff. & C. d. Magist.
 conv. §. 2. 7. d. satisfiat. tut.* Priora publica faciunt, hæc pri-
 vata. Nos distinguimus ex antedictis inter Remiss. realem
 & verbalem (2) Inter administrationem ipsam, & modum
 administrandi (3) inter necessitatem præcisam & consequen-
 tiæ. Et dicimus, quod Remissio verbalis post omnem admini-
 strationem locum habere possit ; Realis autem quando
 cunq; quis administrationem turpissimis delictis, vel etiam
 enormi pravitate defædavit, *l. i. §. 7. d. offic. præfect. urb. N. 8.
 c. 8. fin.* Textus oppos. loquuntur de necessitate conse-
 quentia *l. 19. §. 1. judic.* quam explicat Zang. *d. c. 1. n. 158.*
 Add. Covar. *pp. 99. 10. n. 4.* Bart. Socin. *Reg. 336.* Diaz, *Reg.
 514.* Felin. *in d. c. ult. n. 1. seqq. d. for. comp.* ubi plures fallen-
 tias compilârunt. † Nihil autem interest an privatus læsus
 in graviore delicto civiliter agat, (potest enim id ipsum ad
 consequendum interesse suum) cum per hoc neq; jus accu-
 sandi aliis, neq; jus inquirendi Magistratui auferatur : eoq;
 iudex civiliter quidem reum condemnare, sed nihilominus
 cum petenti iudici remittere debet. Bach. *ad Tr. l. c.* Prosp. Fa-
 rin. *d. q. 7. n. 37. cum multis alleg.* † Alterum quod iudicem
 loci delicti spectat, est PETITIONIS URBANITAS. Præcedere
 enim petitio debet, per epistolam publicâ ritè factâ *d. Auth.
 Si verò C. d. adult N. 8. c. 8. N. 134. c. 5. d. l. 7. d. cust. reo. Gudcl. d.
 j. nov. lib. 5. c. 14.* Covar. *d. q. 11. n. 8.* Ubi addit, in praxi ob-
 servari, ut iudex requirens teneatur in ipsis literis requisito-
 riis; summatim delicti mentionem interserere, alioqui non
 teneatur iudex requisitus remittere, delinquentem. Et Fe-
 lin. cum Gl. *in clem. pastoral. verb. d. mere. n. 10. fin.* monet, li-
 teris inferenda esse hæc verba, *rogamus vel hortamur.* Vid. de
 liter.

1063.

liter. requisitoris Gothofr. *ad l. 15. §. 1. d. R. jud. F. & ad N. 135.*
c. 5. O. Covar. d. q. 11. ab init. † Sed hic qvæstio moveri præ-
nobilis solet, AN NON REQUISITUS JUDEX REMITTERE RE-
UM TENEATUR? In genere qvidam distinguunt inter remisf.
Necessitatem & Urbanitatem. Sicq; judicem non requisitū
â necessitate remittendi planè absolvunt Br. Bl. & alii *in l.*
1. C. ubi de crim. Alb. inc. ult. d. for. com. col. 8. Gv. Pap. d. q.
202. Clar. d. q. 38. n. 19. Urbanitatis rationem habent Felin,
d. c. ult. d. for. comp. Panorm. conf. 24. lib. 1. Ubi urbanitatem ad
eum qvq; casum extendit, quando de consuetudine in cri-
minalibus remisf. non fiat, prout ex eo notavit Covar. *d. l. n.*
6. Boerius *Decis. 29. n. 4. & 5.* dicit non requisitum teneri ad
Remisf. quando locus delicti sit sub eodẽ Principe. Nos ul-
trà distinguendum putamus: An judex Reum tenens de cri-
mine cognoscere possit, vel non, cum Jas. *conf. 121. n. 1. vol. 1.*
Idq; vel ob qvalitatem rei, v. g. qvod clericus sit, & ex officio
fecerit judex si reum ad judicem suum mittat. Bach. *d. l.* vel
ob insufficientem jurisdictionem, & remitteret superiori ad
vindictam. *add. a 3. n. 3.* † Tertium, Quod Requisitum ju-
dicem spectat, est SUMMARIA QUÆDAM CRIMINIS
COGNITIO. Requirit enim Doctores, ut priusquam Re-
missio fiat, constare debeat (1) crimen de quo agitur verè fu-
isse commissum ab eo cujus Remisf. petitur, *l. 1. §. 24. ad SC.*
Syllar. (2) In territorio judicis requirentis, l. 1. C. ubi d. crim. (3)
Requirentem habere jurisdictionem cognoscendi de crimi-
ne capitali. Cassan. *d. R. n. 4.* Farin. *n. 35.* & alii. A QUONAM
AUTEM HUIUSMODI COGNITIO FACIENDA SIT, NON CONVE-
NIT, Communiter ad requirentem referunt Covar. *d. n. 3.*
Farin. *d. n. 35.* quia juxta Br. requisitus judex sit merus
executor. Alii ad requisitum quotiesâ petente neglecta
fuerit Cyn. *in l. 13. §. 3. n. 9. C. d. judic. & in d. Auth.*
qua in prov. n. 13. G. Pap. *d. n. 1.* Chai. *n. 6.* Covar. *d. n. 8.*

D

Quod

Quod quidem tolerari potest, si requirens cognoscat ad fun-
 dandam petitionem, & modum petendi; aliàs enim præ-
 supponitur, ne improvidè aut iniquè petiisse videatur. Cæ-
 terum in Remittente fundamentum Remissionis desidera-
 mus *l. 11. §. 1. d. cust. reo.* Cum, ut dictum antea, hujusmodi
 remissiones reales infament, & nonnunquam privatum pe-
 rentis odium sapiant, ut patebit *ult. n. 5.* Magistratui tamen o-
 mnino jure incumbat propulsare injurias subditorum, charita-
 tisq; Christianæ sit succurere etiam fratri non subdito. *Prov.*
XXIV. 11. Quod optimè Felin. *d. c. ult. n. 9. fin. d. for. comp.* ex
 Angelo probat, monente, judicem petitem debere semper
 cognoscere, an reus sit culpabilis, nec passim sequi injustos
 appetitus requitentium. Consentit Gl. *in d. Clem. post. v. d.*
more. d. R. Jud. Bos. d. foro. comp. n. 50. Bart. Soc. Reg. 335. n. 5.
 P. Theod. *d. 18. 3. lit. D.* Dn. Carpz. *d. q. 110. n. 65.* Fiet autem
 hæc cognitio ad summariam candidamq; petentis commu-
 nicationem, ad vitam & mores rei. Et in genere; Ubicum-
 q; non præcedit suspicio criminis, non debet capi reus, nec
 remitti, ut ex Bl. refert. Bos. *c. l. †* Ultimum, quod de no-
 viori observantia accessit, & non minus quàm quicquam in
 Remissione nunc necessarium, utrumq; spectat, Requisiti
 judicis securitatem, requirentis fidem, est **LITERARUM**
REVERSALIUM DATIO. Quibus mediantibus caveat
 judex vel Magistratus petens, nihil per hanc remissionem,
 quam non jure, sed precibus obtinuisset, jurisdictioni ipso-
 rum, qui remittunt, derogatum iri, seq; in casu simili eandem
 benevolentie messem exhibiturum esse. Vid. Gayl. *d. l. n.*
31. Rauchb. d. q. n. 2. Matth. Steph. *d. l. n. 17.* Treult. *d. D. 3. 1. bef. 8. F.*
Hoer. d. D. 18. 1. 5. Pet. Theod. *d. lit. D. Vinn. ad peck. d. l. n. fin.* Dn.
 Carpz. *d. l. n. 58.* † Atq; hæc quidem essentiam Remissionem
 9. constituere visa sunt. Cætera quæ eandem concomitantur,
 majorem partem solennia sunt. Communius est quod cum

BLOGIO,

1004
ELOGIO remitti soleant l. 6. l. ii. §. 1. d. *cust. reo. l. 3. pr. d. re. milit. l. 6. pr. d. off. proc. & leg.* Cui elogio & testificationi de crimine coram remittente factæ, duplicem adscribit effectum G. Papa d. l. n. 7. & ex eo Farin. d. l. n. 43. Unus est, quod tantæ sit potentia, ut postmodum possit trahi ad torturam confessus, per judicem cui est facta remissio, arg. l. 25. & ibi Br. d. *adult.* Alter quod cogatur coram iudice posteriori in prima confessione perseverare.

Artic. VI. De Remiss. Fine & effectu.

DE causa Remiss. finali supra (præl. n. fin. & ar. 3. n. 1.) edisserere cepimus, nunc distinctius eandem persequentes, invenimus COMMUNE M, quæ est, ne delicta mancant impunita l. 51. adl. *Aquil. l. 3. d. off. præs.* & PROPRIAM, EAMQUE vel PRIMARIAM, exemplum poenæ ibi statui, ubi exemplum culpæ extitisset: ne facinorosi fugientes opinionem impunitatis post se relinquant; sed ut in his locis, ubi veneno suo nocuerunt, supplicio dati, conspectu deterreantur alii ab ejusmodi delictis l. 28. §. *pen. d. pen. N. 8. c. 8. fin.* Exemplum extat 2. *Maccab. II. 38.* VEL SECUNDARIAM, quæ est solatium, quò laforum cognati & affines, eodem loco, ubi moeroris causa extabat, penâ redditâ, modestè perfruuntur. d. §. *pen.* Quam tum comprobamus, quando de justitia Dei, & infucato ministerio Magistratus congaudent, non verò ubi privatos ignes sentiunt, eiq; aliena calamitate, licet justissima, oculis & animis fructus carpunt, quando non personali, sed reali odio æstuant. Licet enim benè precandum inimicis, ipsorumq; calamitatibus condolendum sit, *Prov. XXIV. 18. Matth. V. 44.* & simil. Sic in diligendi sunt homines, ut eorum non diligantur errores & vitia, ut concinne Augusti: referente Walthero Harm. *Bibl. in Ps. XXVI. 3.* EFFECTUS proin habet insignes Remissio quoties finis jam indicatus obtinetur. Præservat Rempub. à peccandi cacoëthe: satisfacit bonis facto vel

Exemplo lætis, terret malos, & Respublicas hinc occupatas,
mutui amoris & benevolentiae vinculo arctius devincit.

Artic. VII. De Remissionis Adjunctis

Summaria :

1. Remissio jure fuit necessitatis fuit.
3. Hodie urbanitatis est.
3. Praterquam in foro ecclesiastico.
4. Potest tamen provincialibus statu-
tibus necessitatis fieri.
5. Sicuti obrinet in Regno Neapolitano
6. Et in Elektoratu Saxonia.
7. Item quando pactionibus ita con-
venit.
8. Expensa quos onerent.

Diximus ferè quid Remissio sit secundum causas. Nunc in
1. classe Adjunctorum discutiendum venit, **AN REMISSIO NE-
CESSARIÒ FIANT, NEC RECUSARI AREQUISITO IUDICE POSSINT?**
Quod de jure civili omnimodè affirmandum, Boer. *d. Dec.
Burdegal. 29. n. 2.* usq; adeo, ut nisi rogationi judex prompta
remissione respondeat, malè audiat. Rosbach. *d. l. n. 9.* cingu-
lum perdat, & exilii poenam subire cogatur. *Auth. si vero C.
d. adul. N. 134. Wurm. l. 1. obs. 9.* Idq; ratione non caret. Eo
quippe tempore Imp. per Monarchatum mundi, legum om-
nes rigore compescere judices potuit, adq; mutuam bene-
volentiam strictius obligare, vid. Gayl. *d. P. P. d. l. n. 30.* ubi
2. plurimos allegat, & Bach. *ad Tr. l. c.* **† Quod de moribus
hodiernis secus est,** ubi rigor ille remittendi in benevolam
libertatem abiit, & urbanitatis factum, quod olim neces-
sitas fuit. Hinc jure amicitiae aut vicinitatis, atq; benevo-
lentiae, & ad preces sit, dato & accepto in securitatem anti-
grapho, quicquid nunc Remissionum conspicitur, in tan-
tum ut Magnif. Dn. Carpz. *d. l. n. 54.* hujusmodi regulam
ponere non dubitet. *Remissio delinquentis ad locum delicti ne-
cessario fieri non debet: nec judex domicilii, vel ubi reus est de-
prehensus, ad remissionem est obstrictus.* Cujus assertionis ratio
in eo fundatur, quod inde à Justiniani & seqq. Imp. monarchatu
Principatus alii omnimodè jurisdictione in suis territoriis cō-
secuti.

secuti fuerint: quoq; Nobilibus ac civitatibus hodie
 communiter jurisdictio privative & abdicative jure feu-
 diconcedatur. Carpz. 16. n. 55. Unde cessante generali illo
 & strictiore vinculo, minus hoc tempore in Imperio Remiss.
 frequentantur. Clar. d. q. n. 21. Gayl. d. l. Wesemb. par. d.
 acc. n. 8. Rauchb. d. q. n. 25. Hillig. ad Don. 17. com. 16. 7.
 Dn. Carpz. d. l. par siquidem in parem jurisdictionem non
 habet, ut dictum ar. 3. n. 4. † IN FORO ECCLES ASTICO indi- 3.
 stincte & uniformiter fiunt Remiss. cum omnes ecclesiasti-
 cae personae subsint uni Principi supremo spirituali, videlicet
 Papae, c. cuncta per. 9. q. 3. qui cogeret & compelleret Eccle-
 siasticas personas, remittere recusantes. Et ideo est eadem
 ratio in illis, quae erat in foro temporali tempore legis con-
 ditae per illum qui solus praerat temporali jurisdictioni.
 Chafs. d. R. 12. n. 4. fin. Bajar. ad Clar. d. q. 38. n. 80. † Illa ta- 4.
 men remittendi libertas in secularibus, neq; universis urba-
 nitatem, neq; singulis respectu ditionum suarum imponendi
 necessitatem adimere debet. Quod enim Justinianus in am-
 plissimis potuit, id negandum non est Principibus in particula-
 ribus jurisdictionibus. Cogi itaq; judex poterit a superiori suo, ut ad
 nutum ejus reum remittat. vid. Hart. Hart. d. obs. n. 7. Tessa.
 Decis. Pedem. 90. n. 6. Pek. ad d. l. 7. d. naufr. † Sic in regno 5.
 Neapolitano per reg. pragmat. Carol. V. sub tit. de delicto quis
 conveniri potest, provisum fuit, quod officiales regni debe-
 ant capere delinquentes, etiam extra territorium, & illos re-
 mittere ad officialem territorii in quo deliquerint, referens
 te Baj. d. l. n. 67. † De jure quoq; Saxonico delinquens ali- 6.
 cubi in ditionibus Electoratus Saxonico subjectis, de-
 prehensus, remittendus ad locum delicti, idq; quotidiana
 praxi observari testantur Rauchb. d. l. n. 20.
 P. Theod. d. 18. 3. lit. D. Dn. Carpzov. c. l. n. 61.

Extat constitutio inter Ordinationes provinciales de a. 1555.
 Sub tit. Das man die Vbelthäter so in den Aemptern verbrochen/
 und entweren/wiederum in die Aempter folgen soll lassen. Eiusq;
 genuinum sensum contra Theming *d. Dec. 5. n. 4.* enodat
 7. Dn. Carpz. *d. l. n. 62** cui adde Rauchb. *n. 26. segg.* † Nec
 non pactis diversæ Respubl. mutuarum Remissionum vigo-
 rem revocare poterunt. vid. Bl. *in l. 1. n. 44. C. d. summ. Trin.*
 Tale conflatum fuisse inter regem Christianissimum Fran-
 ciæ, Ducem Mediolani, & Rempubl Venetam, testatur Chas-
 san. *d. Rub. 12. n. 14.* Ubi etiam Venetos fraudulentæ negli-
 gentiæ doliq; insinuat, quorum tamen candidam hac in
 parte fidem tueri Bajardi *d. l. n. 72.* Sicut è contrario conve-
 niri potest, ut delinquens in civitate confœderata puniatur,
 per tradita ab Hypp. de Marfil. *in d. §. opportune. n. 36. seg. add.*
 8. Baj. *n. 25.* Farin. *d. q. 7. n. 6.* † Porro de REMISSIONUM
 SUMTIBUS hic dicere locus est. Quæritur itaq; quis EXPEN-
 SAS IN REMISS. FACTAS REFUNDERE DEBEAT? Variant Dd.
 decisiones. Jo. Fab. *in l. un. C. d. off. proc. & leg.* in Remitten-
 tem devolvit, *arg. d. l. un.* Pr. Earin *d. q. n. 39.* Petentem eos
 usq; condemnat, ut nisi de expensis providerit, iudex requi-
 situs remittere non teneatur. Nititur autoritate Bl. Ias.
 Afflict. & aliorum. Bartolus *in l. 25. in fin. ad SC. Syllan.*
 Vel àreo convicto & sufficienti refusionem exigit, vel ab ac-
 cusatore, & in ejus defectum à iudice requirente, vel deniq;
 à requisito. Quod ferè per omnia congruit cum L. Regia
 Hispaniæ adducta à Covar. *d. q. 11. n. 11.* E quo ut nos libere,
 mus sententiarum conflictu, diversos casus certis conclusio-
 nibus distingvemus. Prima est: Remissio merè ultronea in-
 ducit jacturam expensarum. Ratio dari posset, quod negli-
 gentia propria jurisdictionis nemini debeat obesse. Obesset
 a. expensas faciendo ad quas evitandas vel alias ob causas pe-
 titio neglecta fuit. Dico merè ultronea: quia quando causa
 sub-

subest, officium nemini debet esse damnosum *l. 29. ex quibz
 cau. maj. l. 7. testam. quemad. ap. l. 61. §. 5. d. furt. vid. a. 5. n. 5.*
 II. Remiss, quæ petitur ex officio (cum Magistratus amore
 honestatis & tranquillitatis publicæ, facinorosam persecuti-
 onem suscipit) publicum ararium onerat. *arg. l. 6. d. cap. 8.*
postl. Ratio est in speciali bono quod vindicando injuriam
 suam, suosq; exemplo subditos deterrendo, Magistratus
 consequitur. III. Ea quæ sit ad instantiam partis, cum accu-
 sator Remiss, rei urget, ab eodem accusatore sumtus exigit,
arg. l. 17. d. erog. mil. ann. fortè ob solatium privatæ vindictæ;
 quoties sc. de delicto nondum plenè constat; alias ipse reus,
 si convictus & confessus sit, erogando quoq; contumaciæ
 suæ poenas dat, nec culpa sua alterum prægravat. Quod ad-
 vertendum etiam quoad præced. P. Theod. *d. th. 3. D. & Far.*
d. l. IV. Ea quæ sit ad petitionem rei, cum vi privilegii se
 ad judicem suum remitti petit, reum in expensas damnat,
 Bl. & Salyc. *in l. pen. §. 4. C. d. reb. cred.* Menoch *d. A. j. Q. cas.*
228. n. 7 seq. vel propter spem benignioris sententiæ, vel quia
 aliàs impense factæ non fuissent, cum inter sit reipublicæ pu-
 blicas pecunias conservari. Et in genere Dn. Carpz. *d. l. n. 67.*
 Remissionum expensas eò extendendas ait, ut requirens &
 petens Remissionum, omnes indifferenter sumtus in delin-
 quentis incarceratione factos, restituere debeat, practica
 hoc observante.

Artic. II. X. De Remissionum affini unico.

Summarium:

Jure sc. requirendorum servorum fugitivorum.

AFFINE quodammodo Remissioni videtur esse jus requi-
 rendorum Servorum fugitivorum, quo integrum domi-
 nis erat literas Magistratui, *l. 1. §. 2. de fugit. vel Præsidi, l. 3. d. r.*
 insinuare: qui re comperta, vel per se, vel per Magistratum,
d. §. 2. vel per milites stationarios, l. 4. d. r. vel per apparitores,
d. l.

d. l. 3. domino auxilium debebant in inquirendis fugitivis, eoque latebris eruendis multa 100. solidorum in Magistratum statuta, si literis acceptis inquirentes non adjuvaret, *d. §. 2.* Sicque facultas erat ingrediendi tam Caesaris, quam Senatorum & paganorum pradia, volentibus fugitivos inquirere, scrutarique cubilia atque vestigia occultantium, *d. l. 3.* Nec minus eadem multa tenebantur qui quæri apud se prohibebant *d. l. 1. §. 2. & l. 1. C. eod.* Quin & Magistratus Municipales fugitivos deprehensos diligenter custodire debebant, & ad præsidem vel Proconsulem mittere *l. 4. d. 1.* Et fugitivi quidem simpliciter Dominis reddebantur *l. 1. §. 2, l. 2, d. 1. l. ult. f. d. off. pref. vig.* sed si pro liberis se gesserint, gravius coerceri solebant *d. l. 2. & l. 3. 4. C. eod.* Quantum tamen etiam à Remissione nostra distet, præmissa intuenti facile apparebit. Alia huc spectantia, brevitatis ergo omisimus.

Artic. IX. & ult De Remissionum contrariis.

Summaria :

- | | |
|--|--|
| 1. Remiss. impeditur vel ad tempus. | 6. Aut noxium liberare cogitantem. |
| 2. Vel in totum. Itaque in gre ob consuetud. | |
| 3. Vel in specie propter reum exemptum. | 7. Vel propter requisiti preventionem. |
| 4. Vel propter judicem plane non, aut in congruo petentem. | 8. Vel propter privilegium loci. |
| 5. Eundemque vel insolentius innocentiam persequentem. | 9. Vel propter qualitatem delicti. |
| | 10. Conclusio. |

HActenus modos habuimus, quibus Remissio promovetur. Nunc ii exponendi restant, quibus impeditur. Ex quibus QUIDAM AD TEMPUS, ALII IN TOTUM REMISSIONI IMPEDIMENTO SUNT. ILLI, quando Reus propter novius delictum alicubi deprehensus, punitur, prius quam propter gravius aliud remittatur: quod deciditur in sæpè cit. *l. 7 §. fin. d. accus.* vid Chass. *d. l. n. 15.* Bos. *d. l. n. 58.* Farin. *n. 42.* Quando de Remissione expensarum nondum convenit, & similes, qui suspensionem & causam involvunt per se remissionem

nem prohibentem, per accidens autem tandem promovē-
tem, eò quod corrigibiles sunt. HI, VEL GENERALES ^{2.}
sunt, ut contraria observantia, quæ usu morib⁹q; recepta, tan-
ta est ut legum laxare vincula potis sit. Sic apud Italos in de-
suetudinem abiisse Remissiones, refert Chafs. *d. R. n. 14.* Boër.
d. l. n. 6. Hyp. d. Marf. *d. §. n. 35.* & explorimis Rauchb. *d. g. 50. n. 23.*
præcipue in diversorū Dominorū ditionib⁹, idē. *ibid. n. seq.* in
Flandria & plerisq; aliis locis Damh. *pr. crim. c. 35. n. 5.* In Ger-
mania hoc tempore non adeo frequentari supra ex Wes. retu-
limus, nec in Belgia Gayl. *d. P. P. d. n. 30.* Vin. *ad Peck d. l.* Sed ad-
de *ar. 3. n. 5. §. a. 7. n. 2. seqq.* Quo tamen casu tenetur Rei potens
jure naturæ & gentium, quæ unicuiq; jus suū reddendū perhi-
bent, privato læso, vel civitati accusanti deliquentem, jus red-
dere, & Reum punire. Bajar. *add. g. 38. n. 56.* Nec ab hoc jure po-
terit excusari consuetudine quacunq; nec alia humana legē,
cū & hæc foret iniqua, & naturali rationi refragaretur. Covar.
d. g. 11. n. 10. Idq; eousq; verum est, ut nisi de objecto crimine
animadvertatur, vel reus remittatur, arma frustraneas preces
excepisse, sacris etiam historiis doceamur. *Jud. XX. 2. Reg. XX.*
In prophanis celebris est Hippotarū interitus, sicarios Phoxi
Bæot. Thebanis rogantibus reddere nolentium. *vid. Bod. d. l.*
p. m. 520. † VEL SPECIALES, & RESPICIUNT Reum, ut pri- ^{3.}
vilegium exemptionis, quando delinquens, generali privile-
gio ab omni ordinaria jurisdictione exemptus est, *c. 1. d. privil.*
in 6. puta quod illustris persona sit, quæ coram Principe vel
cui id Princeps commisit, non autem in loco delicti se defen-
dere tenetur *l. fin. & ib. Bl. C. ubi Senat. vel clar.* Covar. *d. g. n. 5.*
Zang. *d. 61. 224.* P. Theod. *d. th. 3. B. Add. art. 4. n. 2. §. 3.* † Aut ^{4.}
RESPICIUNT IUDICEM LOCI DELICTI, ut petitio neglecta Old.
d. Pont. d. Conf. 124. n. 1. vid. a 5. n. 5. Vel minus aptè concepta,
Gv. Pap. *d. Dec. n. 2.* Chafs. *n. 14.* impensarum detre- ^{5.}
ctatio, vel Tyrannica persecutio; † Quod si enim Respb. certò
faciat fugitivum hominem, quem hospitio excepit, Tyranni
eru-

crudelitatem effugisse, nec sceleris ullius conscium esse, non
 modo prodece innocentē & peregrinum crudeli tyranno tur-
 pe sit ac injuriosum; verum etiā pro miseri hominis capite ac
 salute dimicandū erit, cū ne lex quidē divina servū fugitivū
 irato Domino restitui patiatur *Dent. XV. & XX. ut benè Bod.*
 6. *2. l. †* Vel suspicio impunitatis, si scilicet iudex requisitus prægnantē
 suspiciōnē habeat, quod facta remissione iudex loci delicti nō
 debitas pœnas à delinquente sumere velit, aut omninō eum
 relaxare sibi proposuerit, tunc enim requisitus remittere nō
 tenetur, ne ad fovenda delicta benevolentia conferat, contra
l. 51. ad L. Aquil. & l. 31. pr. depos. cum simil. vid. Decia. in d. tr.
erim. q. 19. n. 24. Haubold von Ende Discurs. crim. cap. 1. th. 37. Quē
 admodū contrario Farin. *d. l. n. 26.* ex aliis tradit, quod mitior i
 pœna, reo à iudice domicilii vel originis fraudulenter & per
 collusionem inflicta, supplementū iudex loci delicti addere
 possit, usq; ad pœnam debitā & ordinariā. Huc quoq; referunt
 jurisdictionē prorogatā, quando iudex requirens reum trans-
 mitti, prius transmississet iudici requisito informationē super
 delicto, tunc enim censetur tacite in ejus jurisdictionē consen-
 sisse. Et ideo non posse amplius illius carcerari remissionē
 7. peti, statuit Farin. *d. q. 7. n. 4. seqq. †* REQUISITUM IUDICEM RE-
 SPICIT præventio, si prævenit iuste puniendo aut absolven-
 do; non si solū inquirendo, capiendo, cognoscendo, vel etiā
 condemnando. Illius asserti ratio est, quia de uno eodemq;
 delicto, ejusdē hominis non debet sæpius quæri *c. d. his 6. X. d.*
accus. l. 6. §. fin. Naut. camp. & c. Istius, quia nil prohibet quo min⁹
 Remiss. admittenda, cum utiq; & hic remittendi ratio militet
 & magis firmitur remittens. Quæ tamē difficultate, nō carēt.
 Quando enim quæritur, NUM REMSSIONI LOCUS SIT IUDICIO
 CAPTO? Valde configunt Dd. sententiæ & auctoritates. Alii
 siquidē negant, quia (1.) quæstiones ibi perfici debēt ubi captae
 sunt, *l. 30. d. iudic.* (2.) per text. in *l. 1. c. ubi d. crim. ibi* ubi inchoata.

(3.) *per cap. proposuisti* 19. *x. d. for. comp.* Et multò fit miùs negati-
vè inhaerent; si petas Remiss. sententiã latã, cum expediat ut
ipse iudex curet suam sententiã, quã pronunciavit, executio-
ni mandari. Ex horum censu sunt Bl. *in l. 8. n. 27. C. d. exec. rei*
jud. Chafs. *d. R. n. 19.* Guid. Pap. *d. Dec. n. 3.* Covar. *d. q. 11. n. 6.* Baja.
d. q. 38. n. 62. Farin. *d. q. n. 24.* Fachin. *9. contr. 21.* Peck. *d. l. Matth.*
Steph. d. c. 30. n. 15. Alii tamen, quorum sententia magis placet,
Remiss. nō solum iudicio capto, sed & sententiã latã locũ fa-
ciunt, tum (1.) propter text. generaliter Remiss. syadentes, tum
(2.) quod novum in iure non sit, ut sententiã in alio territorio
dictam, Magistratus alterius provinciæ exequatur, *l. 45. §. ult.*
d. judic. l. 15. §. 1. d. re jud. iurisdictio enim una, alterã juvare de-
bet, *l. 5. C. d. Episc. aud.* Gayl. *1. Obs. 113. n. 16. & obs. 115. n. 2.* Hillig.
ad Dõ. 17. com. 14. G. Ab hac parte stant Alex. Imol. Fugg. & Bos.
citati apud Disf. Far. Don. *17. com. 16.* Tessaur. *d. Dec. 90. n. 4.* Bach.
ad Tr. d. l. Vinn. ad peck. d. l. adde Hyp. d. Mars. d. §. oport. n. 32. seqq.
Nec efficiunt adducta in contrarium. Siquidem *l. 30.* loquitur
de iudicio ordinario; cum tamen in criminalibus ius Remis-
sionum speciali ratione, & speciali iure introductum sit. *l. 1.*
loquitur disjunctivè, aut in casu Remissionis non petita. *c. 19.*
non agit de Remiss. sed effectum in ius vocationis, hanc sc. ejus
vim esse, ut si quis, postquã in ius vocatus est, alterius fori esse
ceperit, in ea causa ius revocandi forum non habeat, quasi jã
ab alio pravenitus Vinn. Praxin tamen non adeo facilè Re-
missionem hic probare, nulli dubitamus: maxime si ad peti-
tionem legitimi accusatoris iudiciũ ceperit, & uterq; iudex
diverso sub principatu sit. Quis verò dicatur pravenisse. vid.
apud Br. *in l. 3. de cust. reo.* & in *l. 1. d. pen. Masc. de probat. concl.*
1226. vol. 3. & citat. ap. Chafs. *n. 20.* ubi concludit, quod ille dica-
catur potentior, & pravenisse in delictis requirentibus poenã
corporalem qui habet delinquentẽ in carceribus. vid. Bos.
n. 99. Farin. *n. 33.* † Huc pertinet Privilegium de non extrahen-
do civitati alieni competens. In criminalib⁹ enim nunquam

rece.

recedendum à privilegiis esse suadet Clar. *d. q. 39. & ex eo Haub. ab*
End. d. disp. th. 38. quali privilegio munitam esse curiā Romanam,
 Ferrariensem & Nyverensem adducit Boer; *d. Dec. n. 7 seq.* Nec non
 exceptio in *d. Auth. qua in prov. fisci.* Reas Reipubl. causa in urbem o-
 riginis evocetur formā pragmaticā Dd. in *d. Auth. Zang. d. c. 1. n. 223.*
 9. † Deniq; QUALITAS DELICTI Remissionē quandoq; impedit. Quod si
 enim crimi. in lēsa majestas sit, ad solū Imp. vel eum cui in specie
 id mandavit, cognitio & punitio pertinet, *c. un. verb. & bona com-*
mittent. ibiq; Dd. quasint regal. Zang. ib. n. 221. P. Th. d. th. 3. B. Si cri-
 mine fracta pax sit, in Camera Imperiali accusationi & condemna-
 tionī locus est, per Ord. Cam. *p. 2. tit. 9. Gayl. 1 Ob. 3. Zang. d. c. 1. n. 249.*
 Coronidis loco quaritur I. quis sit Locq; delicti? an in quo est incho-
 atum, an verò in quo consummatū? Posterius affirmamus, quia in
 delictis potius qualitas patientis, quā agentis consideratur *l. 43. d. Rit.*
nup. tum quod in delictis in loco ubi perficitur suā accipiat formā,
 per quam delictū dicatur delictū *arg. l. 9. §. 3. ad exhib. P. Theod. d. th.*
3. B. Nobiliss. Dn. Schröter præceptor honoratiss. in præf. publ. d. ju-
risdict. cap. pen. Zang. d. c. 1. n. 233. ubi resp. Difs. Cyn. in *l. un. C. ub. d. poss.*
ag. Boer. d. jurisdict. lib. 2. c. 9. n. 12. II. Quidnam de homicidio in confinio
duorum territoriorum perpetuato cognoscat. Multū variant
 Doctores. Cōmuniter eū designant in cuius territorio caput recumbit,
 Zang. *d. l. n. 238. Borch. in c. un. quasint regal. n. 26. Matt. Steph. d. lib. 1. c.*
30. n. 43. seqq. Alii ubi cor, principalissimū hominis membrū. Alii ubi
 pedes, autore Niell. *D. Feud. ult. corol. 2.* Nos Clarum sequimur, qui
d. q. 38. n. 11. utrumq; iudicem requirit, & testatur de cōmuni: tū quod
 ea quæ in confinio sunt, ad utrumq; spectant, ut colligitur ex *l. 7. §.*
ult. C. l. seq. d. d. R. D. l. pen. prof. l. 19. comm. div. l. 2. §. 2. d. 49. & 49. plur.
 tum quod uterq; iudex per homicidū illud offensq; sit: tū etiam quod
 faciat ad præcavenda litigia, & conservanda vicinitatis benevolen-
 tiaq; vincula. Ne tamen reus a duobus iudicibus vexetur, æquius
 est ut vel præventioni locus sit, vel iudices inter se conveniant,
 ut alter amborū vicē subeat. *Obrecht. d. jurisdict. lib. 2. c. 10. n. 53.* Prælau-
 datus Dn. Præcept. d. l. III. Quid de homicidio in via publica com-
 misso? Vulgò ad regalia referunt, & eū qui illa tuetur. Nos eū P.
 Theod. *d. th. 3.* ad eū facultatē cognoscendi & puniendi devolvimus,
 qui merū imperiū in territorio circa illā habet. † Atq; hæc ex ampla
 10. Remissionū materia delibare, methodoq; includere volumus. Medi-
 tationib; hic finē, nō materiā, sed chartis & tēpore exclusi, imponen-
 tes, æternū Nomen pro clementissima assistentia jure meritoq; perpe-
 tim & ingenuē veneramur!

F I N I S.

1.
Nudum pactum de jure canonico non parit actionem.
2. Clerico non licet venari.
3. Crimina graviora procuratorem non admittunt.
4. A sententiis vicariorum non licet appellare.
5. Civitates Imperiales sunt status Imperii.
6. A. B. ab Imperatore abrogari non potest.
7. Legitimati de jure feudali in feudis non succedunt.

*Clarissimo ac Doctissimo D N. M. GOSWINO HÜSEMANN,
Collegii Amploniani Decano Spectabili, & Juris
Utr: Candidato, &c.*

UT referunt, quondam terras Astræa reliquit,
Offensa gravibus sceleribus mortalium:
Per te nunc eadem gaudet GOSWINE reduci,
Amploniani præsidium Collegii.
Quando reos statuis meritis exsoluere penas,
Ab Judice in loco patrati Criminis.
Perge age Justitiæ partes HÜSEMANNE tueri,
Et improborum iniquitatem persequi:
Sic Doctoralem tibi mox Astræa coronam
Imponet, assertæ æquitatis præmium.

Gratulabundus ponebat

M. Jacobus Heun, Eccle: Colleg.
B. Mariæ Virginis Decanus &c.
Universitatis Erfurtinæ
h. t. Rector.

Nil metri Virtute tuâ, perdocte DECANE,
Majus: Id Ingenii vis specimendq; probat,

Dat

20
Dat celebrem multis famam fortissimus ausus:
Hêicce tuæ claret laudis apertus apex.
Nobilibus tantis adsit conatibus olim
Intemeratus HONOS, & Decus omne, precor!

*Ita amico ac convictor suo suavis-
simo gratulatur*

Henricus Langur,
Sac. Pal. Cæs. Com.

GAr kurg. Dein Lob ist groß/ so steigstu noch viel höher/
Wer diesen zweck ersieht/ ist gar ein scharffer Seher.

dem Hn. Dechant
seinem vielgeChren guten
Gönner zu Ehren
gesetzt/von

M. G. S.

ULB Halle
006 570 348

3







B. V.
ICA CRIMINALIS

1057.

SIONI.

IM AD LO.

LICTI,

ilissimi, in per-

ademia, Jctorum

cultu,

ES

S Gusemann /

hujatis Colleg.

Oceanus,

DENS

GUS Silberschlag /

t.

legii superiori

ab 8. matutinis,

in discussione

.

RTI,

ENIAMO,

L.